



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.18. Non potest mundus odisse vos &c. Oderant illi Christum; quia perfectam & arctam proponebat illis veritatem, quam mundus ordinariè perhorrescit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

dit. cū dicit: cras, cras. & subito offiū clauditur. Remāsit foris cornu sū voce cornu: quia nō habuit gemitū colūm, cras, cras, corni vox est &c.

§. 18. Nō potest mundus odisse vos &c. Oderant illi Christum; quia perfectam & arctam proponebat illis veritatem, quam mundus ordinariē perhorrescit.

19
I.
Mundus odit veritatem.

Aliam addit Christus rationem, quā secūda respondet obiectioni, in quā iocordē illū arguebant, quodque ea de causa in Ierusalem non ascēderet; aitq; quod ex iocordia & pusillanimitate non omittat ascensū in Ierusalem, sed aliā cum premente causa, nempe, quod illum Ierololyms execrarentur mortēque illi inferre cogitarent: *Non potest mundus odisse vos me autem odit: quia testimonium perhibeo, quod opera eius mala sunt* q. d. ab sit omnino, veneratoris cōsum, nec iocordix, aut pusillanimitatis iudicium est cautē se gerere cum eo, qui malum tibi machinat. Continent verba hæc, licet adeo soauia & pacifica, rigidam satis & asperam reprehensionem, vt eleganter annotauit D. Chryf. Reprehendit illi Christū, quasi timeat ascendere Ierololymam: Christus autem illos reprehendit, quia tales erant, qui possent eō semper ascendere, quando voluissent; argumentum euidens, quod homines essent mundani, & similes illis de Ierusalem, supra modum nefarijs, dixerant illi Dño: *Manifesta se ipsam mundo: hoc nequaquam ait Christus mihi conuenit, vobis autem optimē: quia vos de hoc mundo estis, & mundum diligitis, qui & ipse vos vt quid proprium diligit, sibiq; conueniens: me vero abominatur quia manifeste suas illi declaro nequitias, atque euidenter illi demonstro, opera eius esse flagitiosa. Quasi apertē dicat supremo me persequuntur odio: nihil enim magis peccator exhorrescit, quam si in medium proferantur eius scelerata, & omnium oculis spectanda proponantur. Hæc ea causa fuit, quare mundus odio Christum & furore mortali sit infectus: Ego quia veritatem dico vobis quare me interficere.*

10a. 8. 4.
Amos 5.
10.
Quis perfectē loquatur veritatē.

Subtiliter hoc expōsit vidit Amos Propheta: *Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectē abominati sunt.* Corruptio in communi, est imperfecta. Notandum verbum: *Perfecte, excrabantur eum* qui perfectē eos arguebat: hoc est, qui funis atq; cōstringebat,

cur satis nō erat corū in communi vitia carperre, sed in particulari illis hæc obieciebat: *Vt vobis Pharisæi hypocrita &c.* bona est medicinæ doctrina in communi: sed perfecta non est, quia manet in aere, nec aliquem restituit mēbrorū integritati: perfecta verō est, quando doctrina hæc communis infirmo applicatur particulari, quādo dicit illi: Dñe mi, necesse est vt brachiū illud cancro putridum abscindatur, & sanguis ille, qui te præfoeat ex corde foras extrahatur, illis quoq; humeris cucurbitæ applicentur, est prædicator medicus: bona est doctrina in communi, sed non perfecta: quando enim proponitur in generali, nullus emendatur. Quando autē loquitur perfectē prædicator: quādo verbis loquitur terse compositis, & circumflexis sententijs, & quando multa adducit scripturam diuinā & humanitatis elegantias: minimē: sed quando descendens ad particularia, declarat huic, quod cor pessimo illi redūdat humore malitiae: & illi, quod ipsi sanguis ex nimia luxuria cōputruit, & nimis repletur ex alienorū honorū rapina, & isti, quantumlibet exterius optimē valere videatur, viscera tamen gerat cancro vlcerata.

Hoc modo Dñs in factis illis loquebatur infirmis, eaque de causa illum odio prosequebatur: *Loquentē perfectē abominati sunt* & hoc ipse testatur: *Mundus me odit: quia testimonium illi perhibeo, quod opera eius mala sunt.* Facē appone prædioni facinus illius detegentē: lumē accende illi qui toto die noctis exoptat tenebras, quibus in tales diuertat ædet agatquecum amica luxuriosē: o quā grauiter in te stomachabuntur, etenim lux illis, vt mors reputatur: hoc ipsum ex mēte D. Greg. Ioh indicauit: *Cum subito apparuerit, arbitratur umbrā mortis.* Verba Saluatoris sol erant clarissimus, quo Pharisæorum tenebræ hypocrisis illuminabantur. Perfectē loquebatur illis ad singulares descendens defectus: vnde & oderant illum.

Admirabilis fuit illa sententia vatis Isa. Cō. 50. *Et uorsum est retror: ū iudiciū & in illius longe stetit: quia corruit in platea veritas.* Ratio & iusti capatia, inquit Propheta demissa & proiecta in clypeo, dunt clamyde: virtus & sanctitas, lugēt interfecit: & iudicito nobis, quæ hujus causa damni: quia Veritas Corruit in platea veritas, & quidem eo modo corruit prostrata iacet vt nō sit qui suscipiat infirmā. in platea. Quā hoc foret triste spectaculū, si nobilēscerent virgine Regis filiā, supra modū diuicē sole venustiorē, in medio foro, quā omnes inspicat, & cuius pulchritudinē, opes, & progeniem admir-

Luc. 11. 42

Iob. 24.

17.

111.

Isa 59. 14

IV. Similitudo.

admirentur, quæ nihilominus in foro prostrata langueret? Si vero illam accedens interrogares, quid hoc puella nobilissima? tunc vultus elegantia gratissima, sanguine nobilissima, gazisq; ditissima? et quid hic proiecta languetis? omnes te collaudant, omnes diligunt, omnes de te præclara prædicant, ut quid non affurgis & domum aliquam ingrederis? respondet autem, heu Domine mihi nihil mihi isto optabilius: dum enim in foro remaneo: nulli sum comodo nec meas illis impedo & commanico dititias: sed heu me infelicem, quæuis enim, te teste conclamatione omnes, quod me diligant, illis placeam, & sola sufficiam, ut quilibet domum ingresso fuerit, delictis illam replicam: nemo tamen in suam me recipere dignatur: & quare illis videor in foro venustior, tanto videor illis in cuiuslibet domo turpior & ingrator: quam hoc esset dignum admiratione? si ego pedem filiam videres infidelis, Æthiopiæ frigidæ & lacera, quam in foro iactem & lachrimantem omnes caucillis lacefferet, cuius fati non possent admirari feciditate: nulla nihilominus illi non pateret iacua, quæ omnes Musææ tympano, cytharis & tota mentis alacritate reciperet, fugq; omnis illi comitteret regimen, quid ad hæc dicere? fieri ne potest? ne hoc admireris, inquit Propheta: quotidianum, enim est in mundo & frequentissimum inter vos, atq; in aedibus vestris, quæ puella veritate formosior; puella nobilis, Deo progenita, quæ de causa ipse dicitur: *Deus veritatis*. Deus auctor & pater veritatis, pulchra, grata solis instar illustretis, cui hoc sit proprium ut omnia illuminet ditissimaq; sit quæ animam opibus impleat.

V. Mendacium ab omnibus suscipitur licet reprobestur.

Pf 30.

3. Esd. 4. 36.

VI. Veritas odium parit.

O quam grata hæc puella patet, sed in foro; quis eam non laudibus extollit? quis non invocat? cui non placet? *Omnis terra veritatem invocat: caelum etiam ipsam benedicit, & non est eum ea quidquam iniquum.* Sic ait Proph. Esdras: porro cum omnibus ita grata sit in foro, &c. longè distita, nullus eam in domum vult recipere, nec est, quod singulis videatur hæc puella esse turpias, quando cubiculum eorum ingreditur. Dicit mercator: ut inspicat quantum ferueant arcæ suæ pauperum sanguine, qui coram Deo, ut sanguis Abel vindictam esse agitat: dicit viro nobili non toleranda eius esse lasciviam, quæ tora offendit civitatem: nullus statuens modum nequitij suis, nec creditoribus servisque suis debita persolvens: dicit viro Ecclesiastico, non illi convenire tantam pecuniarum bonorumq; aggregationem, inseriam Iesu Christi pauperibus fame

pereuntibus: dicit iudici, quod est in conspectu Dei graviter accusat in finiendo litigantium processibus supina negligentia, quodque ducte personarum acceptione patiarum & corrupti muneribus male palliat. Accedito, cum D. Ioa. & principi dicit: *Non licet tibi*, Non licet tibi tãtã vivere licentiã discolorum: dicit mercatori: *Non licet tibi*, illicitum est tibi hoc lucrũ, quod præcisè consequeris ex dilatione temporis & sic de cæteris: quæ grauter illa recipitur quam totius puellæ pulcherrimæ vultus ostenditur.

Verumtamen ex altera parte mendacium, abiectum, vile, sordidum, filii diaboli naturalis: nam ipse: *Mendax est & pater eius*; in pectore perduellis illius progenitum, talis auis tale ovum, execrandum, horreudum, causa perditionis: iam etenim dixit David: *For des omnes qui loquuntur mendaciã*. à longè consideratũ, quàm abominabile est? quàm despectum? non est qui illi nõ maledicat, non est cui nõ displiceat. His non obstantibus nihil gratius in domibus recipitur nihil aptius videtur, dũ illas ingreditur: bene mundus hoc declarat quàm male conueniat mendacium, quàmque sit acceptum, ænigma videtur: vter prior est, tu qui stultus es, vel alter qui tibi hoc impropere esse pauperẽ, vel ab alio hoc tibi dicitur: æcum esse, vel alium tibi hoc obijcere? peius est sic esse affectum quam quod alius illud assereret seu tibi impropere, quomodo igitur peius æstimas, ut quis tibi dicat quod mentiaris, quàm re ipsa mentiri? an aliquid tibi est illo verbo molestius? an aliquid tibi ipso mendacio familiarius? an illud tibi ignominiosum? an hoc execraris? an tibi de illo caues? resista se habet, quod in ore nihil tibi peius videatur: in opere tamen nihil tibi frequentius, nihilque audis libentius.

Parcat mihi Deus; quam libenter auscultas quod alter tibi dicat, te magnarum virum esse qualitatum, honores te mereri præclarior, tibi que detrudere, qui non sic esse fateatur quàm suaviter arrides ei O puella, qui tuam extollit vultus elegantiam prudentiam, & persuadere ut alteram te Helenam in vire celebrat? quàm apertis brachijs, latro honorabilis, illi excipis qui propter eleemosynã infelicem etrogatã, milenas tibi iustificat vsuras: quàm tibi perplacet, qui modum tuum agendi licet inordinatũ depradecat. Hæc est ploranda calamitas: nihil esse, quod in domibus tuis gratius, ipso mendaciõ, recipiatur, nec quidquam tibi auditu molestius sit ipsa veritate: *Loquentem per se abominati*

VII. Mendacium omnibus gratum est. Ioa. 8. 44. Pf. 5. 7.

VIII. *abominati sunt*: Illum, qui strictam illis imo singulis aperit veritatem; hæc enim est ex correctio, quæ plurimum refert & necessaria est illum, inquam, habent odio, diè que persequuntur: ratio modò liquet cur Prophetæ odio habiti sint, & passi sint ferri Dei persecutiones.

Habes hic cur Isaias ferri mediis dilectus fuerit, Ieremias puteo demersus & lapidibus appetitus, Ezechiel concalcatus à multitudine, Michæas alapâ contusus, Amos niqis perterritus, Elias condemnatus, vique ad ipsum Apost. D. Paul. (inquit D. Hier.) qui eandem ob causam passus est aduersitates; vt ipse dilucide probat his verbis: Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens. Admiror Dei sententiam ex ore Ieremie: *Seminauerunt triticum & spinas messuerunt.* Paradoxum hoc sonat; seminare triticum, & spinas metere, an de tali semine, talis fructus? maledicta sit oportet tellus ista, quæ talem producit fructum, in prædicatoribus veritatis esse Varabolo, hoc impletur: quid est veritas nisi purum & substantiale triticum de celo descendens, semen diuinum.

Huius primarius seminator Christus fuit: *Exiit qui seminat seminare semen suum*. Eius semen veritas est, sicut diaboli mendacium; considera prophetas quàm sedulo triticum seminauerunt, & prolocuti sunt veritatem: quid autem messuerunt spinas, tribulationes, molestias persecutiones, & mortem puram seminat Ieremias veritatem principi prædicans Phasor, & metit alapam; in pectore seminat illam sacerdotum atque illis Deum offendit illis & illum morte condemnant.

Venit alter propheta atque in pectore Ieroboam seminat veritatem ex Dei nomine propositam, quæ scelerum illi suorum exponit gravitatem, & illico manum iniicit illi violentam conaturque ignibus eum inicere. Redundant his sacre litteræ, verumtamen in ipso Principe veritatis & diuino seminatore perpendendum, qui descendit seminare semen suum: *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* Sed vide, quæ fuerit meli. illius: spinæ, clauis, lancea, Crux, flagella, blasphemix, rabies, persecutio, & mors tandem ignominiosa. Quid Christo vitam ademit? quid cum crucifixit? ipsa veritas: *Moritur: quia testimonium ei perhibeo, quod opera eius mala sunt.*

IX. *Confiditatio fia-* Perplacet mihi auctoris moderni consideratio, quæ dicit se hoc vnicū admirari: quot sunt in mundo peccatores? numquam mundus maior?

Confiditatio fia-

lignior, quam nunc, stultior, impudentior, auarior, inhonestior, arrogantior &c. numquam magnates magis incopositi, nunquam nobiles infamiores, nunquam diuites crudeliores, mercatores fallaciores, Ecclesiastici magis vagabundi, mulieres libertiores, puellæ inuerecundiores, filij inobedientiores, Patres socordiores, Dñi intolerabiliores, serui infideliores, & homines minus patientes, & ad reprehensiones minus pacifici: sunt etenim velut corpus inflatum, stigmaticum, podagricum: qualibet enim parte illud tetigeris, in eolum vociferatur. Porro videamus an sint medicitani medicamina? *Eus, Nō quid vestra nō est in Galad, aut medicus non est ibi:* nunquā plures Prædicatores, Confessarii, Patres spirituales ad singulos angulos centeni & centeni: & cuius generis? nunquam plurius habiti, lautius excepti, & visitati frequentius; quā à condita Ecclesia tantum in ea negotium, tanta filiorū & filiarum spiritualiū negotiarior, & quanta congregatio illorum cōponitur, quantus tumultus, qualis tractatio, & omnes sibi dicant satis factum. Quid est hoc Domine? quod non coarctent veritate, nec sicut vvas comprimant, nam vt diximus die Dominico, manent integri & illæsa: quā in integer tu multis annis in tuo concubitu, & luxuria perseueras? quā reddant arcæ tuæ, & bonis crepant alienis, nec agitur de male partis restituendis quā in illis, cui nec semel cor premitur vt cordis exprimat odium crebrò sibi cum suis complacet filijs cōfessarius, inter quos accedit meretrix honoraria, scriba prædo, Iudex pomis aureis petitus, mercator vt urarius, dines crudelis, domina liberior, & tandē omnes à quibus absoluantur inueniunt. Quid est hoc? qualiter ex officio prædicationis exiisti? qualiter ex munere confessionis? alacer? saluus? mundus? vvas demissi integras. O Christe, diuina lux, Magister Prædicatorum, quid te decinet in Galilæa à Iudæa extorrem, vt ne in publicum prodire presumas? odium, quo me persequuntur & necem in fetre machinatur: quæ de causa quæso Domine? *quia testimonium illi perhibeo, quod opera eius mala sunt.* Voc autē (inquit) non est cur abominetur: *Non potest mundus odisse vos:* quia nō facitis id, quod ego: vnde vos non odit sed diligit mundus. Rem notatū dignam in SS. litteris refert Sp. S. de summo illo sacerdote Heli iuxta lēctionē quam sequitur & exponit D. Hier. erat hic se neclure pragrauis, cuius oculi tanto humore abundabant, & caligine, vt lampadē sanctuarij.

gularis & notata digna.

Hic. 2. 22

In Is. 1. Reg. prius. Tom. 3.

Y y y

X: Allegoria de Heli. 1. Reg. 3. 3

præusquæ extingueretur, nõ valeret intueri: Oculi eius caligauerunt, nec poterat videre lucernam Dei, antiquam extingueretur: expende modum loquendi: non poterat videre lucernam Dei antiquam extingueretur, an non apertius, clarius & brevius diceret: non poterat videre lucernam Dei ardentem: minime: voluit enim declarare quod caliginosi illi oculi lampadem non exhorrent, nisi ardentem & lucem emittentem, quã omnia circumquaque illuminabat: sed domi extingueretur, & ipsi oculis conueniret ve nullam illis poenam adferret & cruciatum. Caligant munda-norum oculi passionibus & proprijs affectibus obtenebrant: quocirca lucerna eos ostendens, ea est quæ claram diffundit lucem, & foras vnicuique reuelat iniquitates, eo modo (loquitur Christus) quia lucerna sum luce fulgens clarissima, quã cunctas mundi detego peruersitates, eius me oculi perferre nõ possunt: Mo ait quia testimonium ei perhibeo, quod opera eius mala sunt, quod si lux hæc extingueretur, nec illis ego manifeste aperirem eorum iniquitates, gratis me oculis intueretur, ideo vos accepti eritis, nec vos mundus exetabitur, utpote lampades extinguit: Non potest mundus adisse vos &c.

§ 19. Ascendit Christus ad festum abscondite; & eo modo quandoquæ ad suam ingreditur animam.

¶ 92

Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendam ad diem festum istum: quia tempus meum nondum impletum est. Grauem inuolunt hæc verba difficultatem, in eo quod Dominus dicit: Non ascendam ad diem festum hunc: quandoquidem addat Euangel. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit, Optimã hanc esse locum occasionem (inquit D. Hier.)

I. Christus contra Porphyrii detestatur. D. Hier. Lib. 2. con. Pelag. p. 217. Tom. 2. II. Quare ratione

inimicus Christi capis Prophyrius ve contra Christum latraret, dicendo, quod ignorans esset eius, quod sibi facienẽ hinc incumbat: cum agat illud, quod prius dixit se non acturum, vel mutabilis, & varius in suis resolutionibus, vel fallax deceptor: quandoquidem vni dicendo parentibus suis, faciat aliud: Latrat Porphyrius & Christum inconstantia ac mutatione accusat, dubium hoc ita grane quibusdam visum est Catholicis, ve quatenus se illo excederent, ex textu verba illa eraserint: Ego autem non ascendam ad diem festum istum. Sed necellenon est ad id contigere: cum multifariam SS. Patres hæc verba interpretentur,

nonnulli credunt quod, Domino dicente: Non ascendam ad diem festum istum, de primo festo die sit intelligendum, eoq. solemnissimo, atq. ea de causa dixerit: Non ascendam ad diem festum istum, quod re ipsa impleuit: quia prætendunt quod non ascenderit primo die solemnitatis, sed secundo vel tertio, quod ipse Euan. videtur innuere, dom addit: Iam die festo medianse. (id est quãterto die, nã per octiduum celebratur:) Ascendit Iesus in templum & docebat. Ita declarauit Eucherius auctor grauis & antiquus. Multis non placet hæc solutio: quia Euang. testatur quod ascenderit immediatè post parentes suos, nec credibilem est, quod Dominus deesse voluisset celebritati adeo festiua in honore Patris sui instituta. Communis autem hæc est expositio: q. d. vos ascendite manifestè & eodem modo, quò moris est ad festum concurrere: nihil enim est quod timeatis, nec quidquam mali suspicemini: cum nullus in mundo sit, qui vos persequatur aut aduersetur, cum nec vos mundo sitis aduersarij, Ego non ascendam illò modo: cum enim mihi non modicum indignetur: quid aliud agerẽ quam eorum in me bilem acris excitare, vt mihi necem inferre molirentur, cuius nondum hora aduenit: Tempus meum nondum impletum est.

Edatur hæc expositio in eo, quod signat Ista. modum exprimens quo Iudæi ascendeant Ierusalẽ Pascha celebraturi. Ad litteram loquitur Propheta in illo festo ex opinione D. Hier. n. & D. Cyr. b. & D. Thomæ. e. populũ demulces ob labores, quos patiebatur, imo & passurus erat ex opprefione A Syriorũ & Babyl. sibi quicunq. persuaderent, illis esse condignum suorum scelerũ supplicium, quod si vero ad meliorem vitæ frugem respicerent, patienter aduersa tolerando, & diuina dona misericordie expectando à Deo promissa, ipse se vadem pro illis statueret quod eos ab illis Deus eriperet inimicis, quos tam illustri superarent triumpho, vt prægrandi possent gaudere latitia: Canticum erit nobis, sicut nos sanctificate solemnitate & latitia cordis sicut qui pergit cum tibia vt intrat in montem Domini, ad fortem Israel. Duas notat hic (interpretè D. Hieronymo) occasiones in quibus Iudæi festiui se gaudiõ recreabant: I. in tympanis, cytharis, fistris & nablis. Prima festa sua fuit in illa nocte quã egressi sunt de Egypto: celebrandum enim illos inlequitur Pharaõ per mare rubrum, in cum Dominus conorsit totumque quantum cum eo maris fluctibus praefocat exercitum: hæc,

Christus hic sibi non contradicat.

Lib. 99. in Ioan.

a Lib. 10. inc. 30. Tom. 1. b. Lib. 3. in. c. 30. 1. sat. c. in c. 30. 1. sat.

1. sat. 30. 29.

III. Quo gen. die Iudæi in tymp. cytharis, fistris & nablis. Prima festa sua fuit in illa nocte quã egressi sunt de Egypto: celebrandum enim illos inlequitur Pharaõ per mare rubrum, in cum Dominus conorsit totumque quantum cum eo maris fluctibus praefocat exercitum: hæc,